

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Temeritas. Embelma LV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

nem: ἄλλοι δὲ ὁ μὴδ' ἐν αὐτῷ χεῖρι- tum est, quod qui sibi nihil velle prospiciat, mos ἔσ' ἐν ἄλλοις φρόνιμον ποιήσειεν. Cer- neq; in alienis prudentem fore.

Temeritas.

EMBLEMA LV.



IN praeceps rapitur, frustra quoque tendit habenas
 Auriga, effreni quem vehit oris equus.
 Haud facile huic credas, ratio quem nulla gubernat,
 Et temerè proprio ducitur arbitrio.

COMMENTARII.

- I. **A**VRIGA curru insidens ab equis cursu citato properantibus per salebras & deuia rapitur in praeceps, frustra retractis & directis habenis.
- II. **LOCVS** est Platonis in Phædro de duobus equis, bono & malo, & eorum auriga ratione: quò M. Tullius allusisse visus est 2. de Republ. Vt auriga indoctus curru trahitur, operitur, eliditur, laniamatur.

Quem locum obseruauit Heraclides Ponticus libro de allegoriis Homericis. Locus hic, vt apparet, è Maximi Tyrii sermone 55. tractus est. Neque verò granabor locum integrum sublegere: Τῆτον δὲ τῆς ἀνδραπίνης ἰνδίας ἀπὸς τὸ θεῖον ἔξευρε θεὸς πρόπον, ἐπίδειξ τὴν ψυχὴν γνίτω σάματι, ὡς ἦνιο γον ἔρματι, καὶ παραδὲς τὰς ἡρίας τῶ ἠνιόχῳ

R 3 ἀφ' ἡ

αὐτὴν θεῶν, ἔχουσαν μὲν παρ' αὐτῶν ῥώμην
 τεχνικῆς, ἔχουσαν δὲ καὶ ἀτεχνικῆς ἰχθυόσιν.
 ἢ δὲ ἰππίδων ἰπτιβῶν ἄρμάτων, καὶ λαβή-
 ται τῶν ἡνιωῶν, ἢ μὲν ἰνδαίμων καὶ μα-
 καρία. Συγῆ καὶ μεμνημένη τοῦ ἰπτι τοῦ
 ὄχημα ταύτην ἱμβίβασα μὲν θεοῦ καὶ
 ἡνιοχέϊν προσέξατος, ἔχεται ἰῶν ἡνιωῶν,
 καὶ ἄρχει τῶν ἄρματος, καὶ καλᾶζει τὰς τῶν
 ἰππίων ὄρμας. οἱ δὲ εἰσὶν ἀτεχνῶς παν-
 τοδαποῖ, ἄλλος ἄλλα γὰρ θεῶν διαρμημέ-
 νοι, ὁ μὲν αὐτῶν ἀκόλαστος καὶ ἀδιφάγος
 καὶ ὑβριστής, ὁ δὲ θυμώδης καὶ ἰπτικὸς καὶ
 ἐμπληκτός, ὁ δὲ γαθῆς καὶ κίλελυμί-
 νος, ὁ δὲ ἀνελεύθερος καὶ σμικρόφρων καὶ
 ταπεινός. ἅτας ἄρμα ἰσασιασμίον τα-
 ράπει τὰν ἡνιωῶν. κατὰ τὰν μὲν κρατέ-
 σθαι αὐτῶν κατὰ τὴν ἴδυνασέοντος ἰπτι
 ῥώμην ἄξων εἰσεται, ἔνν μὲν τῶν ἀκόλα-
 σω ἰππίων τῶν τοῦ ἄρμα συμπεριόμενον
 αὐτῶ ἡνιωῶν ἰπτι ὑβριστής καὶ παροινίας καὶ
 λαγνείας καὶ ἄλλας ἔτι εἰλικρινεῖς ἡδῶ-
 νας, ἔνν δὲ τῶν θυμικῶν ἰπτι κακώσεως
 παντοδαπῆς. Quae Latine ita sonant:
 Verum hic vnus inuentus est modus ab ip-
 so Deo, quo humana conditio minorem se
 esse diuina fateretur, propterea scilicet quod
 animum terrestri corpori, tanquam aurig-
 am imposuit currui, cuius & habenarum
 sustinendarum & incitandi vim esset ha-
 biturus. Huic enim auriga, simul aurigan-
 di artem viresq; tradidit: simul etiam li-
 berum abutenda artis arbitrium dedit, qui
 postquam inscenderit currum, & habenas
 accepit, siquidem felix beatusq; animus
 sit, memoriamq; habeat se iussu Dei subla-
 tum esse in currum, valideque aurigatio-
 nem regere debere, nimirum habenas mo-
 deratur, regitq; currum, & equorum teme-
 ritatem contudit. At equi diuersum appet-
 unt cursum, temereque huc atq; illuc ra-
 pient currum, hic ad perulentiam, ingluui-
 ac contumeliam, ille ad temeritatem atq;
 ferociam, alius verò tarditatem, molliti-
 em, seruitutem, fatuitatem, atq; humilitatem
 sectatur, cuiusmodi seditionibus distractus
 currus, aurigam conturbat, & si vi cerit e-
 ius prepotentis equi vis, fertur currus pro libi-
 dine victoris. Quo fit, ut viatrice interdum
 perulentia, vnà currus & auriga ad con-
 tumelias, conuicia, impuritates atque alia
 nefarias, minimèque sincerat voluptates;
 interdum verò dominante iracundia, in
 multas variasq; calamitatas uterque fera-
 tur in preceps. Huc etiam referam com-

modè illud D. Cypriani, ex Sib. De discipuli Cypriani
 na & bono pudicitia: Coereat animus, locus,
 air, stimulos carnis, refrenet impetum cor-
 poris: Accipit hanc enim potestatem, vt il-
 li ad imperium eius membra seruirent. Et
 quasi legitimus ac perfectus auriga vltra
 concessas corporis metas extollentes se car-
 nis impetus, cœlestium præceptorum ha-
 bens reflectat, ne vltra terminos suos cur-
 rus iste corporis raptus in periculum suū
 secum & ipsum rapiat aurigam, &c.

Id præcepti rapitur frustra. [C.] Allu-
 dit ad illud Virgilianum,

--- Frustra retinacula tendens.

Fertur equus auriga, neq; audit currus ha-
 benas.

Et ad proverb. De curru delapsus. Citatus
 ex Platone locus est in Phædro, qui expli-
 catur commodissimè à Plutarcho, Quo-
 stionum Platonic. 8. quod pertinet Cicero-
 nis hoc è 3. Tuscul. Exiit è potestate di-
 cimus eos, qui effrenati feruntur, aut libi-
 dine, aut iracundia. Qui igitur exiit è po-
 testate dicuntur, idè dicuntur, quia non
 sunt in potestate mentis, cui regnū totius
 animi à natura tributum est; hinc com-
 ptes & impotes, qui animum habent, vel nō
 habent in sua potestate.

Auriga] Auriga non dicitur ab auro, sed
 ab aureis: sunt enim aureæ lora siue freni,
 ab aureis ad aures alligantur; sicut oreæ,
 quibus ora coercentur.

Effreni quem voluit oris.] Manifesta allu-
 sio ad parēntiam, Os infrane. id est, ἀχα-
 λινὸν στόματος ἰππός.

Ratio quem nulla gubernat] vide pro-
 uerbum. Exiit nulla ratio, ἐλάττω ἢ δέος
 λόγος. cui affine illud Quintiliani, Scelera
 non habent consilium.

SIGNIFICATVR, nihil ei com-
 mittendum esse, qui in proprios affectus
 nullum sibi sumit imperium, sed temerè
 huc atq; illuc concitatus fertur, non aliter
 quàm equus, quem nulli freni, nullæque
 habenæ continent. Similicudinem hęc mu-
 tuat ex Platone, qui animum nostrū
 cum auriga, corpus verò & eiusdem per-
 turbationes cum equis comparabat. Iuxta
 quod ab Hieronymo etiam dictum est, seu-
 sus corporum quasi equos esse sine ratione
 currētes, animam verò in aurigæ modum
 freni currentium retinere. Maximè enim
 est efficiendum, vt appetitus rationi obe-
 diant, eamq; neq; præcurrant, nec propter
 teme-

III.

Auriga.

IV
Cui non
credendum

temeritatem, nec propter pigritiam aut ignauiam deserant, sintq; tranquilli, atque omni perturbatione carcant, vt docet M. Tullius. Nam quod asinus facit, quod sus, & canis, hoc homo qui affectibus obtemperat, rationi enim subducit clauum, & committit furioso ac stolido, qui leges nullas accipit, nullas distat. Bestiam vis iniuria trahit & obiecti amor, moderari nescit vel cohibere, imperium enim est & necessitas in ipsa, non voluntas nec electio. Fesem vide cum obijcitur musculus, per medios fustes innolat & rapit. Similis impetus in illo, qui sensus sequitur, & quod iubent eligit. Preposterus ordo, si dominij ius seruus occupet, excussa disciplina; si imperat cui parendum, si praesit inferior, subit maior. Vbi sic, ibi praesens noxa & excidij metus, labascit regnum & inclinat ad euersionem. Arcem struxit manus diuina, dum conderet hominem, imò non arcem, sed mundum quasi quendam contractiorem, & ambitu minori compactum, vbi sicut in amplo hoc & spaciofo, iura etiam diuisit & ordines, vt caput esset & rector vnus, velut Monarcha regni, subditi caeteri. Apex hic celsitudinis & ius seepri rationi cessit: fors deterior, quibus sub praecordia stationes diuisae, effectibus suppositis, qui cum belluis naturae ductum participant, & praesentia rerum tanguntur, & gustant, nisi dirigat virtas praedominans, & habenas iniiciat: si laxentur, ruunt vt torrens egressus metas, & ferocunt vt aper aut pardus, quos occultus amor stimulat. Spectant huc illa ex Tulliana schola petita, 2. Tusculan. disputation. Reliquum est, vt tute tibi imperes: quanquam hoc nescio quomodo dicatur, quasi duo simus, vt aliter imperet, aliter pareat: nõ insecitè tamen dicitur, est enim animus in partes distributus duas, quarum altera rationis est particeps, alte-

ra expert. Cum ergo praecipitur, vt nobismetipsis imperemus, hoc praecipitur, vt ratio coereat temeritatem. Philon Iudaeus lib. 1. de vita Mosis sic ait: In vniuersam dabar operam, vt ad primos impetus animi resisteret, quasi contumacem equum obseruans: nimirum ne inuito auriga ratio ne cursum plus laetis accelerantes confunderent, perturbarentq; omnia. Haec sunt enim bonorum & malorum origines: bonorum, si ratio teneat imperium: contrarium, si affectus dediscant obedientiam. Seneca item ad hunc modum: Quid prodest equum regere, & cursum eius frenis temperare, & affectibus efferatissimis abstrahi? Fortasse id non male conuertas ad inueniles impetus, consilij ac iudicij expertes, quibus nihil credendum facile, quod sit ea aetas lubrica certè, & praecipit, & quae nisi mature refrenetur, tristem exitum censa sit. Argutè Dion Chryostomus:

Philō de Moys.

Iuuenilis impetus.

χαλεπὸν ἢ νεότης, καὶ ὑρπίπισον, καὶ σφοδρότερον δέεται χαλῖς. Et Aristor. Moralibus ad Nicomachum: χαλεπὸν κατωμαρτὴ νεότης περὶ νεων, ἀσώχαστος γὰρ ἢ ἡλικία, καὶ πόλλας ἔχουσα μεταβολὰς ἄλλοτ' ἐπὶ ἄλλοφομένη. Elegans est descriptio adolefcentis apud Horatium epist. ad Pisones:

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Vtilium tardus pronisor, prodigus aris,
Sublimis, cupidusq; & amata relinquere
pernix.

Quid pluribus opus? Tria sibi videti difficilia dixit sapiens Hebraeus, viam auctoriae in aere medio volitantis: viam colubri in media planitie oberrantis: viam nauis in aequore medio, sed omnium difficillimam, viam adolescentis in ipso gratia seruore luxuriantis. Sed me reprimo, ne metas eadem lectionis compositae ac moderatae,

Homo obtemperans affectibus.

Locus Ciceronis.

